Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



foras mitti matrē infantiū. & introduci babilā. & dixit
ad eū. Magister insipientiū. & eruditor paruulorū pba
tio quā putabas mi p infantes notā fieri. inuenta est
falsa. Vocati autē infantes polliciti sunt diis sacrificare.
Babilas respondit. Recte mentitus es in caput tuū, nichil
enī noui facis. filius es diaboli qui ē ab inicio mendax.
Numerianus dixit. Pasclepiū cōtempno sermones tuos & in
iurias. & paulatī te facio inpendi. si nō sacrificaueris.
Babilas respondit. Uere dignus es derisi talia loquens.
Ego vero paratus sum nō tantū inpendi. s; etiā crucifigi p
pter xpm ut illū lucrer. nā animę iustorū in manu
dī sunt nec tanget illos malū. Tu autē fac qd uis. Nu
merianus dixit. Infelix in quo sū derisus. Babilas respon
dit. Si audierint ceteri dii tui quō solū asclepiū no
minasti. irascuntur tibi. Ego vero doleo & ploro pro uobis.
in hac uos detineri insipientia. Numerianus dixit. Et si au
dierit xpo tuus qd dm solū nominasti qd faciet.
Babilas respondit. Quā uis nō dignus sis audire scientiā
xpianorū ueritatē ppt assistentē turba dico ut cognos
cant tuā insipientiā. Quando xpiani xpm nominant.
cōfitentur & patrē. & quando patrē nominant. cōfitentur
& filiū. quia pater in filio. & filius in patre; nō enī sepa
ratus ē filius a patre nec pater a filio. Tunc numerianus
iussit eū cū infantibus suspendi. Cūq; fuissent suspensi.
Babilas dixit. Ecce ego & infantes quos dedit mi ds. Nu
merianus iussit eū uexari. Pondus vero torquis quę erat
in collo eius caput deponebat. At vero circūstans turba
rogabat eū dicens. Consule etati tuę & sacrifica. ut